



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

34 De Onere Banni Sev Excommunicationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

eclesiastici, alioqui improbi nebulones, ad obedientiam maioribus debitam, ac ad bene honesteq; viuendum compelluntur. Ad hæc seditiones, simultatesq; inter eos atq; laicos præcaueantur, euitenturq;. Deniq; & hoc ipso laici ad obseruandum, colēdumq; integrę vitę ecclesiasticos eo magis inuitabuntur, permouebunturq;.

DE ONERE BANNI SEV EXCOMMUNICATIONIS.

34 Item Romę cæterisq; in locis per Archiepiscopos ac Episcopos, aut certe eorū ecclesiasticos iudices, multi Christianorum ob causas prophanas, ob pecunię deniq; ac turpis questus amorem excōmunicantur, multorūq;, sed eorū in fide infirmorum conscientię per hoc aggrauātur, & in desperationem pertrahuntur, ac deniq; ob pecunię, lucrue tantulum, aut alioqui res minimi præcij, ad internitionem vsq; animę, corporis, honoris, atq; rei familiaris, contra diuina humanaq; iura perducuntur. Quando nemo, nisi ob conuictum hæreseos crimen, excōmunicationis gladio feriendus, aut pro secluso a Christiana catholicaq; ecclesia, sacris literis testantibus, reputandus est. Eapropter Sac. Ro. Impe. Principes, proceres ac Status laici rogant, vt Pontificia sancti, tanq; fides Christianus, ac pius pater, velit præfatum onus Banni, seu excōmunicationis, apud sedem Romanam penitus abolere, ac apud cæteros Archiepōs, Epōs, & eorum iudices ecclesiasticos ablegare, tollere, & deniq; ita sancire, cauereq;, vt nemo vllam ob causam q̄ manifestum ac conuictum hæreseos crimen, & quantum ad sacrosanctam Christi fidem attingeret, excōmunicationis fulmine feriat, aut pro secluso a Christiana ac catholica ecclesia, habeatur. Per iniquum siquidem est, fideles Christi ob temporalium bonorum, lucrue, aut deniq; vllam aliam humanarum constitutionum transgressionem, excepta hæresis perfidia, a deo opti. maximo, suaq; ecclesia catholica excludi, seiungi, separariq;.

Quo